

Werk

Titel: Ad Emin. et Rev. principem Carolvm S. R. E. Card. Rossettv[m] Episcopvm faventinv

Jahr: 1646

Kollektion: Zoologica

Digitalisiert: Niedersächsische Staats- und Universitätsbibliothek Göttingen

Werk Id: PPN367611805

PURL: <http://resolver.sub.uni-goettingen.de/purl?PPN367611805>

OPAC: <http://opac.sub.uni-goettingen.de/DB=1/PPN?PPN=367611805>

LOG Id: LOG_0219

LOG Titel: De Picorum Speciebus, et Primum, De Pico maximo. Cap. XXXI.

LOG Typ: chapter

Übergeordnetes Werk

Werk Id: PPN367611716

PURL: <http://resolver.sub.uni-goettingen.de/purl?PPN367611716>

OPAC: <http://opac.sub.uni-goettingen.de/DB=1/PPN?PPN=367611716>

Terms and Conditions

The Goettingen State and University Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Goettingen State- and University Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept the Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Goettingen State- and University Library.

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Contact

Niedersächsische Staats- und Universitätsbibliothek Göttingen
Georg-August-Universität Göttingen
Platz der Göttinger Sieben 1
37073 Göttingen
Germany
Email: gdz@sub.uni-goettingen.de

¹⁰ *venitur*. Vocat tamen alibi æthiopidem quandam herbam, cuius tractu, ut quidam Magi scri-
pserunt, clausa omnia aperiantur. Nunquid verò istæ cum Picorum herba eadem sit, penes a-
lios iudicium est. Ego neutram in rerum natura reperiri existimem, ac omnia, quæ de ea scribunt
falsa quoque iudico. & Plinius præterea *rostrum Pici secum habentes* (vix modo illius verbis) *non*
ferri ab apibus tradit, etiamsi mella earum eximant. Verum nec illius certa ratio assignari potest
vix neque illius, quod ex d. Theophrasto *glycysidas* ait *nostru esse effodendas, quoniam Pico Martio*
impetum in oculis faciente, inserditi periculosum sit. Quid enim Pico cum apibus? quid inquam
privilegij apes Pico concesserint, ut rostrum eius portantes ab alijs discernant & non feriant?
Quid denique Pico cum *glycysida* deur eam tam strenuè ab effodientibus defendit? An quia in illa
aliquid remediũ pronos latente suo affectu agnoscat, ideoque auferri illam regere ferat? An quia
hæc ea herba sit, quæ sese ab hominum insidijs, ut antè dictum, liberare dicitur? *Glycysidam*
²⁰ *tim dicta* sint, nunc ad quosvis describendos nos accingimus.

Aethiopiae
herbac. 2. 28. c. 4.
Glycyside.
d. L. 25. c.
4 & l. 27.
cap. 10.

Pæonia.

DE PICORVM SPECIEBVS, ET primum, De Pico maximo. Cap. XXXI.

Et si Aristoteles Picum, quem modò primum in manibus describendũ assumpsimus, ^{a 9. H. c. 9.}
tertium mea quidem sententia Picorum genus faciat, hic tamen, quòd alijs duobus ab
eo descriptis longè maior sit, primum sibi locum merito iure vendicare videbatur.

SYNONIMA.

Picum hunc Germanorum alij *Crasphecktam* (Kraespecht) hoc est, Cornicinum Picum
vocat, quoniam scilicet Cornicem nigram cum colore, tum magnitudine etiam præ-
æquet; alijs *Holkræ*, vel rectius *Holzkræ*, id est, Cornix syluatica dicitur, quibusdã
perperã *Holtzhuon*, hoc est, Gallina syluatica. Albertus apud suos *Mogol* dici afferit & *Geor-*
gius Agricola *Holkræ* scribit, & *Coruũ* interpretatur, cuius caput rubra macula insigniatur,
& *Pyrrhocorax* inde Græcis vocetur. Sed nos de *Pyrrhocorace* longè aliter sentimus, ut suo
loco videre est, & hanc alitem Picum maximum nigrum appellamus. Itali *Sgiaiam* vocant: Hi-
⁴⁰ spani *Bequebo*, quod tamen nomen omnibus Picis commune est.


Craspheckta
Cornicinum
Picus.Holtzkræ
Mogol.a L. de Ani
mal. subter.
Sgiaia.

GENVS. DIFFERENTIÆ.

Aristoteles, ubi tria Picorum genera statuit, tertium ex illis Gallina non multò mi-
nus esse scriptum reliquit. Et Albertus tria apud Germanos Picorum variorum ge-
nera reperiri testatur, maius scilicet, & minus, atque item aliud maiori isto maius: quod
sanè vtriusque authoris vltimum genus nullum aliud meo quidem iudicio fuerit, quam Picus iste
maximus, cuius modo iconem exhibitori sumus, idque eò magis mihi certò persuadeo, cum, & Or-
nithologum, & Turnerum eiusdem opinionis fuisse videam, etsi tamen *Bellonius* aliter sen-
tiat, Picum suum viridem nostrate viridi maiorem pro illo obrudens. Cæterum Picus iste ma-
ximus ab omnibus Picis magnitudine, & colore plurimum discrepat. Est enim omnium longè
maximus, & excepto capitis vertice totus niger.

a L. 9 Hist.
cap. 9.b Lib. 6 de
Auib. c. 15.

PICVS MAXIMVS NIGER.



FORMA. DESCRIPTIO.

Albertus hocce Picos alibi valde magnos, alibi rursus cornicis magnitudine esse dixit, alibi deniq. paulò infra Gallinam, hoc est, magnitudine paræ Gallinæ. Quæ sane magnitudo cū assignata ab Aristotele, & nostro Pico maximo omnino conuenit. Plumæ eius in vertice coccinco vel flammeo colore egregiè micant, & velut citrum efficiunt. Rostrum habet admodum robustum digitū paruum longum, cuius superior pars eminet, & duas vtrimq. strias obtinet, vt folium cyperi ferè; est præterea iuxta caput lata, & valdè crassa. Lingua, vt omnibus Picis, oblonga, dura & in extremitate aspera. Crura plumis multis ad digitos pedum vsq. dependentibus obfita. Digni bini antè, & retrò totidem. Ungues recurui.

Magnitudo.

Rostrum.

Lingua.
Crura.
Digni.

DE PICO MAIORI. Cap XXXII.

Æ Q V I V O C A.



Aristoteles Picum maiorem, & minorem vno nomine complexus, vtrumq. *πιπών* (Piponem vertit Gaza) appellat. A qua tamen pulcherrima quædam marina volucris, Lycophronis interpreti, & Varino Pipo dicta longè meo iudicio diuersa est. Albertus, qui nomina auium, quòd Attici sermonis parum peritus esset, omniaq. ferè ex Arabum cæno hauriret, pletunq. confundit, vbi Epops, hoc est, v. pupa à Aristoteli nuncupatur, picum marinum nominat, & picum varium esse contendit qui improprie marinus cognominetur, cùm tamen alibi cùm de Alcyone scripsisset, aliam auem esse dicat, quæ Græcis dicatur Fauorath, hoc est, Picus marinus, & agrestis maior aliquantulum Passere. Ita certè ex tribus diuersis auibus vnam faciens parum sibi constat. Fieri tamen potuit, quod Epopem existimauerit Meropem. Merops enim non ineptè fortassis Picus marinus dici possit, quoniam rostrum picorum non ablimile obtinet, licet non æquè rectum.

a L. S. h. c. 3

Pipo Lycophronis & Varini.

Alberti error.

Merops Picus marinus.

S Y N O N I M A.

Pipræ seu, vt Gaza vertit, piponis nomen huic cum minori pico commune est, uti etiã Hippen. Vbi enim Aristoteles Cyanum auem crura dicit habere breuia *ἢ ἰππῶ παρόμοια*, Gaza pro *ἰππῶ* piponem transtulit, item vbi Aristoteles *ἰππῶν* Ardeæ inimicū scribit. Apud Hefychium *ἰππῶ* legitur genere feminino. Angli etiam vtrumq. genus Spechtas, & Vodspechtas appellant. Germani Elsterspecht, id est, Picarius, vel Picæ instar albo nigroq. distinctos picos: quo modo alij etiã Aegertspecht, alijs Bunterspecht, à varietate coloris scilicet dicuntur. Aegerst enim ipsis picam, & bunt varium significat. Bellonius, & Turnerus picum hunc maiorem, de quo nobis sermo est, picum Martium minorem perpetam appellant. Turnerus tamen alibi aliter sentit. Gallis dicitur Epeiche, & Coul ruge, & picruge.

a L. 9. Hist. cap. 21.

bl. 9. H. c. 1

Bellonij & Turneri error.

GENVS. DIFFERENTIÆ.

Sedulo in primis aduertendum est Aristotelem, a vbi tria picorum genera recenset, pro duobus prioribus, maiori nempe, & minori: vti etiam, b vbi duo tantum eorum genera agnoscit, vtrumq. variorum genus intellexisse. Viridis enim picus, etsi etiam de picorum genere sit, & Merula maior, ut de secundo genere Aristoteles dixit, priuatim tamè *Κολοις* ab illo nominatur. Quod itaq. hic descripturi sumus picorum genus, illud est, quod Bellonius solum agnoui, & primum etiam ab Aristotele positum asserit, qui vt à secundo seu minori genere id distingueret, Merula maiorem esse, & rubedinis aliquid in plumis habere addidit.

a L. 9. h. c. 1.

bl. 8. h. c. 3.

Κολοις ἢ auis Aristo.